



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Ecclesia iuβis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

reiecit, recessit ille tum quidem tacitus : sed redit paulo post, scriptamque in man^u formulam tradit, & sedere iusso ad pedes abiicit se se. Versabat sæpe, & cogitatione, & ore Christi vocem, Nisi efficiamini sicut paruuli non intrabitis in Regnū cælorum. Libentissimè simul cum paruulis versabatur, & eorum simplices animos cum fidei rudimentis, & salutaribus imbuebat monitis, tum Sacramento Pœnitentiæ expiabat.

Secunda Obedientia.

Ecclesia iussis.

Pontificibus summis.

Humilitatis præstantiam perpetua eius seu soror, seu filia clariorem facit Obedientia, quæ summa in omni genere fuit. Ecclesiæ Catholicæ iussa sic obseruabat; vt quoniam potestas facta erat Hæreticos libros legendi solenni formula ad impugnandum, summopere caueret, ne quando eos alia mente tractaret, non modò curiositatis, sed ne discendi quidem, si quid rectum haberent. Parerat in familiari cōgressione, & vsu cum ipsis Hæreticis cautio, & duntaxat ad eorum cōuersionem, idque semper præfenti cogitatione ac studio referretur non sine morsu, atq; dolore, si quando videretur sibi alterutra in parte minus attentus fuisse. Aduersus mandata summi Pontificis habebat se planè tanquam à Christo profecta essent.